- à Specie relatiua, locus inter problemata de definitione. 358. c. tom. 1
- à Specie priore, locus problematum de genere. 308. b. tom. 1
- à Specie subalterna, locus problematum de genere. 306. c. tom. 1
- à Speciei prædicatione maiori, locus problematum de genere. 304. c. d. tom. 1
- à Speciei participatione, locus problematum de genere. 303. d. e. tom. 1
- à Specierum participatione, locus problematum de genere. 304. a. tom. 1
- de Spelunca quadam Ætnæ montis Siciliæ. 723. e. tom. 2
- Sphaecelismus quid & quando accidat arboribus. 134. c. d. e. tom. 2
- Sphæra cur solidarum figuratum, prima figura sit. 645. d. tom. 2
- Spina, ossium initium. 247. d. tom. 2
- Spinæ signa physiognomonica. 751. c. tom. 2
- Spinax vnus è mustelis recipere prolem, spinæ impedimento non potest. 335. a. tom. 2
- Spini victus. 384. d. tom. 2
- Spiratio fit per arteriam è pectore, & per nares: illa destitutæ animantes commoriuntur: hac nequaquam. 135. c. tom. 2
- Spirationis pars altera inspiratio, altera expiratio. 135. e. tom. 2
- de Spiratione animantium. 134. c. tom. 1
- Spiritus innatus per vniuersum est animalis corpus. 175. c. tom. 2
- Spiritus est fluxus aëris in longitudinem continuus. 838. d. tom. 1
- Spiritus in arteria contenti motiones tres. 178. tom. 2
- de Spiritu connato, & vi eius, sedeque in medio corporis, cæterisque eius facultatibus. 121. c. tom. 2. & seq.
- Spissari non nisi igni possunt quæ plus aquæ habent quam terræ. 831. e. tom. 1
- Spissantur quæcumque è mistorum numero liquida sunt, ceulac. 831. c. tom. 1
- Spissatio oboriri affolet, cum partes humidæ euanescent, & siccæ coagmentantur. ibid. b
- Spongia sensum aliquem habere creditur, eo quod multo difficilius abstrahitur, nisi clanculum agatur. 193. d. tom. 2
- de Spongiis earumque generatione. 304. d. tom. 2. & seq.
- Sporades insulæ inter exiliores. 839. d. t. 1
- Squatina quando pariat. 296. a. b. tom. 2
- Squatina astutia. 434. d. tom. 2
- Squatina quomodo coëant. 291. c. tom. 2
- Squatina partus. 296. b. tom. 2
- Squalor tum vnum est cum siccus terræ halitus humido copiosior exultat. 799. b. tom. 1
- Squama integuntur pisces tantum qui ouum arenidum pariunt. 250. c. d. tom. 2
- Squamæ, duriores crassioresque efficiuntur, piscibus extenuatis ac senescentibus. 252. tom. 2
- Squilla tertium genus crusta molli interectorum animalium. 265. b. tom. 2
- Squilla parua quæ. 273. a. tom. 2
- Squillatum descriptio. 266. d. tom. 2
- Squillæ quid à cancrario & crustario genere differant. 554. d. tom. 2
- Squillæ quomodo coëant. 293. d. tom. 2
- Squillæ mutant colorem: vère enim nigrescunt, post ver

# Rerum & Verborum.

ver albedinem suam recipiunt. 408. d. tom. 2  
 Squillarum partus. 307. b. to. 2  
 Stagnum quoddam mirabile. 730. c. tom. 2. & seq.  
 Stagnantium aquarum alia sunt collectitia subsidentes,  
 vt palustres & lacustres: alia verò fontanae, quae om-  
 nes manu productae sunt. 775. b. tom. 1  
 Stannum Celticum. 719. d. tom. 2  
 Statera qua carnes ponderantur, cur paruo appendiculo  
 magna trutinat onera, cum alioqui tota dimidiata exi-  
 stat libra. 772. d. tom. 2  
 Staturae signa physiognomonica. 757. a. b. tom. 2  
 Stella (animal testacei generis) adeò natura calida est,  
 vt omnia contacta penitus decoquat. 304. c. tom. 2  
 eius descriptio. ibid.  
 Stella quaeque motu fertur contrario atque caelum suo in  
 orbe. 654. b. c. tom. 2  
 Stellae fixae cur micare videantur, vagae nequaquam. 651.  
 c. tom. 1  
 Stellae quae à sole non aspiciuntur, semper diuersae sunt:  
 propterea quòd sol non maneat in eodem loco. 759.  
 a. tom. 1  
 Stellae neque igneae sunt, neque in igne feruntur. 650.  
 d. tom. 1  
 Stellae seu astra quomodo caliditatem efficiant. 650. c.  
 tom. 1  
 Stellarum discuruentium seu vagarum causa. 751. c.  
 tom. 1  
 Stellarum actionem talem existimare oportet, qualis ani-  
 malium est ac plantarum. 656. d. tom. 1  
 Stellarum vnaquaeque ex hoc corpore, in quo lationem  
 habet. 657. b. c. tom. 1  
 Stellae non moueri proprio motu secundum caeli circu-  
 lum. 650. d. tom. 1  
 Stellarum moles rotunda est. 655. b. tom. 2  
 Stellares musteli superferant, & mense bis pariunt. 335.  
 c. d. tom. 2  
 Stelli populi. 772. e. tom. 2  
 Stellioni cum araneo bellum est. 411. c. tom. 2  
 Stellionum latitatio. 394. c. tom. 2  
 Stellionum morsus in quibusdam Italiae locis exitiales  
 sunt. 407. d. c. tom. 2  
 Stellionum exuuiae contra epilepsiam vtilis. 721. e.  
 tom. 2  
 Sterilitatis animalium causae. 636. d. tom. 2  
 Steriliora sunt obesa, & quamobrem. 493. d. tom. 2  
 Sternutamentum qua parte agatur. 302. d. tom. 2  
 Stirpes excrementum non contrahunt: terra enim ca-  
 loréque eius perinde ac ventre, vtuntur. 490. e.  
 tom. 2  
 Stirpes summum habent ad id quod in vniuerso est  
 imum. 158. c. tom. 2  
 Stirpes & plantae somno & vigilia destituuntur, quòd  
 sensu careant. 92. b. c. tom. 2  
 Strobilus ventus quis. 853. c. tom. 2  
 Struma, suum morbus. 401. d. tom. 2  
 de Struthione Africo, & de eiusdem natura & forma.  
 576. b. tom. 2  
 Strymon amnis è Scombromonte defluit. 769. b.  
 tom. 1  
 Sturni descriptio. 428. a. b. tom. 2  
 Subate, in suis id dicitur quod equire in equabus.  
 345. c. tom. 2  
 Subcartilagium quid. 205. b. tom. 2  
 à Subiecti vnitatem, locus inter problemata de defini-  
 tione. 365. c. d. tom. 1. à subiecti distinctione. ibid. e  
 à Subiecti speciebus locus accidentis. 276. e. tom. 2  
 à Subiecti seu suppositi idea, locus inter problemata, de  
 proprio. 338. c. tom. 1  
 à Subiecti genere vel specie locus vnde probatur contra-  
 ria subiecto inesse vel non inesse. 246. a. tom. 2  
 à Subiectis & praedicatis, locus problematum, de eodem  
 & diuerso. 371. a. tom. 1. & seq.

Subiecto tribuuntur quaecumque de attributo dicun-  
 tur. 45. c. tom. 2  
 à Subiecto continente, locus problematum de genere.  
 313. c. tom. 1  
 à Subiecto, locus refutationis inter problemata de pro-  
 prio. 327. a. tom. 1. & seq.  
 à Subiecto locus inter problemata de definitione. 355.  
 c. d. tom. 1  
 à Subiiciendi & praedicandi modis accidentium, locus  
 problem. de eodem & diuerso. 371. a. tom. 1  
 Subitò, quid sit. 524. d. tom. 1  
 Subsolanus idem cum Vulturno. 790. e. tom. 1  
 Subsolanus ventus contrarius & oppositus est Fauonio.  
 793. c. tom. 1  
 Subsolanus ventus nascitur ad ortum æquinoctialem.  
 852. e. to. 1  
 Substantiae categoria. 22. e. tom. 1. & sequent.  
 Substantia maximè propria quae. ibidem. Substantiae  
 secundae. ibidem. primae substantiae vnde dicta. 24. b.  
 tom. 1. substantiae omni commune quid. ibid. c. sub-  
 stantiarum partes. 25. b. tom. 1. omnis substantia hoc  
 aliquid significare videtur. ibidem. c. substantiis nihil  
 contrarium. ibidem. d. substantia non suscipit magis  
 aut minus. ibidem. e. substantiae proprium. 26. e. to. 1.  
 substantiae an etiam sint relata. 35. b. tom. 1. & seq.  
 Substantia & omnia quae hoc aliquid significant, aliud  
 nihil sunt, quàm id ipsum quod sunt. 192. b. c.  
 tom. 1  
 in Substantia motus non est, quia nihil substantiae con-  
 trarium est. 530. c. tom. 1  
 de Substantiis naturalibus, partim mortalibus, partim  
 immortalibus. 480. b. tom. 2  
 Succinum quomodo existat. 841. b. tom. 1. in eo con-  
 clusa animalia conspiciuntur. ibid. a  
 Succinum quare illiquabile sit & immollificabile.  
 ibidem.  
 Sudoris cruenti causa. 525. b. tom. 2  
 Sulphuris odore genera insectorum multa intereunt,  
 adhuc formicae, origani sulphurisque puluisculo in-  
 sperso, suas relinquunt caernas, alioque migrant.  
 281. a. tom. 2  
 Sumen siue abdomen. 205. a. tom. 1  
 Summum & imum, nec non dextrum & sinistrum, eodem  
 & communi ad se inuicem copulata sunt principio,  
 vnde fit motus: & quare. 159. b. tom. 2. & seq.  
 Summum & imum quibus viuentibus insit. 156. e. tom. 1  
 à Superabundantia, locus problematum, de iis quae sunt  
 eligibiliora atque meliora. 295. b. c. tom. 1  
 à Superabundanti, seu à gratia superlatiuo, locus inter  
 problemata de proprio. 341. c. tom. 1  
 de Superciliis. 201. c. tom. 2  
 Supercilia & cilicia cur animalibus à natura data. 507. c. r. 2  
 Supercilia nonnullis per senectutem adeò hirsuta red-  
 duntur, vt tondendum sit: cur id accidat. 252. a. b.  
 tom. 2  
 Superficies quid. 611. tom. 1  
 cur Superferant animalium alia, alia non: & quae su-  
 perferant, interdum foetus enutrient, interdum non,  
 684. d. e. tom. 2  
 à Superlatiuo locus problematum, de comparatione.  
 295. c. d. tom. 1  
 Superum est definiti: inferum, materiei. 693. c. tom. 1  
 Superum longitudinis principium est. 642. d. tom. 1  
 Suppositio quid. 19. a. tom. 1  
 Suppositio & postulatum quid inter se differant. 200.  
 d. tom. 1  
 Suppositio omnis, aut de toto genere, aut in parte enun-  
 ciat. ibidem  
 Suppositio quid à definitione differat. ibidem. & 189.  
 a. tom. 1  
 Suprà & infra, differentia loci atque contrarietas est.  
 616. b. c. d. tom. 1

# Index

- Sus nullum omnino dentem amittit. 219. e. tom. 2  
 Sus fœmina genitale ea continet parte qua pecoris vbera habentur. 218. b. tom. 2  
 de Suis feri libidine. 344. d. e. tom. 2  
 Suem, altero oculo amisso, breui extingui magna ex parte nonnulli existimant. 248. a. tom. 2  
 Suis victus. 386. d. tom. 2. sexta pars ponderis quantum ponderarit viuus, absumitur occiso in pilos, sanguinem & reliqua id genus. ibid. d  
 Sues in terra Illyriorum & in Pœonia, & nonnullis aliis locis solipedes gignuntur. 116. d. tom. 2  
 Sues cicures vterum ferunt menses quatuor: numerus partus plurimum ad vicanos. 211. d. tom. 2  
 Sues syluestres seu apri, animosi, superuicaces, & bruti omnino. 795. d. tom. 2  
 Sues fœminæ, cum libidine excitantur, vel homines agrediuntur. 211. a. tom. 2  
 de Suum coitu & eius tempore. 356. b. tom. 2  
 Suum morbi, eorumque remedia. 401. c. tom. 2  
 Suum opimandorum ratio. 402. a. tom. 2  
 Suis partus. 300. a. & 301. c. tom. 2  
 de Suibus Athi montis quiddam notatu dignum. 407. d. tom. 2  
 Suibus plurimis vita ad annos quindecim, aliquibus etiam propè ad vicanos. 248. a. tom. 2  
 Syennesis Cyprij & Diogenis Apolloniatae opintones de sanguine & venis. 239. c. tom. 2. & seq.  
 Syllogismus seu ratiocinatio, quid. 74. c. tom. 1  
 de Syllogismis in prima figura. 77. a. tom. 1. & seq. in secunda figura. 79. c. tom. 1. & seq. in tertia figura. 82. c. tom. 1. & seq. de modis vtilibus & inutilibus ex propositionibus absolutis, in prima figura. 85. b. tom. 1. & seq. de iisdem in secunda. ibidem. c. de iisdem in tertia. ibidem. de Syllogismis ex altera propositione absoluta, altera necessaria, in prima figura. 88. c. tom. 1. & seq. de iisdem, in secunda. 87. c. tom. 1. & seq. de iisdem in tertia. 90. a. tom. 1. & seq. de Syllogismorum imperfectorum perfectione, in tribus figuris. 85. b. tom. 1. & seq. de Syllogismis ex ambabus propositionibus mixtis, in tribus figuris. 86. d. tom. 1. de Syllogismis ex ambabus propositionibus contingentibus, in prima figura. 94. a. tom. 1. & seq. de Syllogismis ex altera propositione absoluta, altera contingente, in prima figura. 96. b. tom. 1. & seq. de Syllogismis ex altera propositione necessaria, & altera contingente, in prima figura. 100. b. tom. 1. & seq. de Syllogismis ex ambabus propositionibus contingentibus in secunda figura. 103. b. tom. 1. de Syllogismis ex altera propositione absoluta, altera contingente in secunda figura. 105. a. tom. 1. & seq.  
 de Syllogismis ex altera propositione necessaria, & altera contingente, in secunda figura. 106. b. tom. 1. & sequent. de Syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura. 108. d. & seq. de Syllogismis ex altera propositione absoluta, & altera contingente in tertia figura. 109. c. d. tom. 1. & seq. de Syllogismis ex altera necessaria, altera contingente in tertia figura. 111. a. tom. 1. & seq. quod omnis Syllogismus ad tres figuras referatur, perficique possit per primam figuram, ac reduci ad modum primæ figuræ vniuersalem. 112. d. tom. 1. & seq.  
 de Syllogismorum qualitate & quantitate. 114. d. tom. 1. & seq. Syllogismi quot oporteat esse terminos. 115. c. tom. 1. & seq. quot eiusdem propositiones. 116. c. tom. 1. de inuentione principiorum syllogismorum omnium. 118. d. tom. 1. & seq. de rectè sumendis syllogismi propositionibus absolutis præcepta generalia. ibid. de Syllogismis absolutis præcepta specialia. 120. d. tom. 1. & seq. de Syllogismis ad incommodum ducentibus, & reliquis hypotheticis. 123. d. & seq. de diuisionis Syllogismo. 126. c. tom. 1. & seq. de resolutione Syllogismorum in figuras & modos. 128. a. tom. 1. & seq. de accipiendis propositionibus, terminis, medio termino & figura Syllogismorum. ibid. de terminorum quantitate in syllogismis spectanda. 129. d. tom. 1. & seq. de terminis rectè exponendis, & de concretis & abstractis nominibus in syllogismis. 130. d. tom. 1. & seq. de rectè exponendis syllogismi terminis, qui non vnica distinctione constant, & de nomine recto & obliquis casibus. 131. e. tom. 1. a. & seq. de iteratione & de attributo simplici, vel cum adiectione. 133. b. c. tom. 1. & seq. varia ad syllogismorum resolutionem præcepta. 136. a. tom. 1. de resolutione syllogismorum, ducentium ad impossibile, & cæterorum qui sunt ex hypothese. 136. b. tom. 1. & seq. de resolutione syllogismorum vnus figuræ in aliam. 137. c. tom. 1. & seq. de attributis syllogismi finitis vel infinitis: & de habitibus vel priuationibus. 139. c. tom. 1. de syllogismis plura concludentibus. 143. a. tom. 1. de conclusione falsa ex veris propositionibus non colligenda, & vera ex falsis colligenda in prima figura. 145. a. tom. 1. & seq. de iisdem in secunda figura. 149. b. tom. 1. & seq. de iisdem in tertia figura. 153. a. tom. 1. & seq. de probatione circulari in prima figura. 154. b. tom. 1. & seq. de eadem in secunda figura. 156. b. tom. 1. & seq. de eadem in tertia. 157. a. b. tom. 1. & seq. de syllogismorum, seu ratiocinationum reciproca in prima figura. 158. c. tom. 1. & seq. de eadem in secunda figura. 160. a. tom. 1. & seq. de eadem in tertia figura. 161. a. tom. 1. & seq. de probatione per incommodum in prima figura. 162. d. tom. 1. & seq. de eadem in secunda figura. 165. a. tom. 1. & seq. de eadem in tertia figura. ibid. b. quid differant diæcticus syllogismus & is qui ad incommodum abducit in omnibus figuris. 166. a. tom. 1. & seq. de ratione concludendi syllogismi ex contrariis. ibid. e. & seq. de eadem in secunda figura. 169. a. tom. 1. de eadem in tertia. ibid. c. de reprehensione syllogismi, qua dicitur falsum propter hoc non accidere. 172. c. tom. 1. & seq. cautiones de falsa ratione, ne contra nos concludatur syllogismo. 174. e. tom. 1. & seq.  
 Syllogistica propositio quæ. 74. a. tom. 1  
 Syluestrium animalium partus. 295. d. tom. 2  
 de Synonymis. 20. b. tom. 1  
 Syrenes insulæ. 728. a. tom. 2  
 in Syria oues sunt cauda lata ad cubiti mensuram: capræ auriculis mensura palmari, & dodrantali, ac nonnullæ demissis, ita vt spectent ad terram: boues nodos scapularum flectunt, vt cameli. 406. b. c. tom. 2  
 Syrium mare. 850. a. tom. 2  
 Sacerdos qualis instituendus. 583. b. tom. 3  
 Sacerdotium ciuitati necessarium. 581. c. tom. 3  
 quod sæpe fit vicinitatem habere cum quo dicatur. 729. tom. 3  
 Sal ex ignis cur ocyus crepat & exilit, vehementius autem & crepat & exilit qui plenior est. 125. d. tom. 4  
 Sal igni ingestus cur mouere crepitum soleat. 121. c. tom. 4  
 Sal cur eliquati ocyus aqua falsa quàm dulci possit. 188. c. tom. 4  
 Saltatores, numero imitantur absque harmonia. 1. c. tom. 4  
 Samia opera, à Polycrate facta. 545. a. tom. 3  
 Sanguis è naribus cur homini tantum ex omni animalium numero defluit. 758. b. tom. 3  
 Sapientia est circa causas & principia scientia. 261. e. tom. 4  
 de Sapientia dubitationes. 451. b. tom. 4. & seq.  
 Sapientia æstimationem pecunia metiri nequit, neque pretium paris momenti reperiri queat. 112. a. b. tom. 3  
 Sapientia cur nullum præmium à veteribus statuum, corporum verò certaminibus præmia posita fuerint. 235. a. b. tom. 4  
 Sapiens quis sit. 262. b. c. tom. 4  
 Sapiens cur Deo carissimus. 185. e. tom. 3. idem quoque beatissimus. ibid.  
 Sapientiores sunt locis calidis homines quam frigidis, cur. 138. e. tom. 4  
 Sapien-



# Rerum & Verborum.

- Sapientiores sunt qui artem tenent, quam qui experientiam habent. 260. c. tom. 4
- Sardanapalus. 5. a. tom. 3
- Satrapicia & economia. 682. a. to. 3
- Satyrus Philopator. 117. c. tom. 3
- Scabies cur magis quam lepra, afficere possit. 91. c. tom. 4
- Sceptri sublatio, regum priscorum iusiurandum. 475. d. tom. 3
- Scientis signum est posse docere. 260. tom. 4
- Scientia & ars ex experientia nascuntur. ibid. a
- Scientia nulla, nullaque facultas finem malum habet. 192. d. tom. 3
- Scientia omnis ita demum bene munus suum explet & absoluit, si mediocritatem sibi ob oculos proponat, ad eamque sua opera reuocet ac dirigat. 27. d. to. 3
- Scientias per aliquas cur habitum nos habere censeamus, per aliquas non. 232. c. tom. 4
- Scientiis artibusque in omnibus quae non in particulis versantur, sed in vno aliquo genere sunt perfectae atque absolutae, vnius & eiusdem hominis est, quid cuique generi conueniat videre. 484. b. to. 3
- Scientiarum illae certiores sunt quae maximè primorum sunt, cur. 261. c. tom. 4
- Scientiae vnius est speculari non solum ea quae secundum vnum dicuntur, sed etiam ea quae ad vnam naturam dicuntur. 301. d. to. 4
- Scientiae definitio. 99. b. tom. 3
- Scire natura omnes homines desiderant. 259. a. to. 4
- Scire vnumquodque tum dicimus quum primam causam nos nosse arbitramur. 264. c. tom. 4
- Scurra quis. 73. a. tom. 3
- apud Scythas, ei qui nullum hostem interfecisset, ex eo scypho, qui circumferebatur die quodam festo, bibere non licebat. 571. b. tom. 3
- Secundas res difficile est sine virtute composuisse concinneque ferre. 65. b. tom. 3
- Sedile cur alios impleat, alios extenuet. 88. c. tom. 4
- Seditiones non de paruis sed ex paruis rebus oriri. 521. c. tom. 3
- Seditiones quibus ex causis in republica oriantur. 515. b. tom. 3. & seq.
- Selybrianorum pecuniae conficiendae artificium. 687. c. tom. 3
- Seminis profusio, cur caeteris animantibus partim nunquam, partim raro, per somnum incidere soleat. 102. c. tom. 4
- Senectus non nisi refrigeratio quaedam est. 232. a. tom. 4
- Senectus bona, est tarditas senectutis cum indolentia. 713. d. tom. 3
- Senex cur quod inspicere vult, procul abducit, lasciosus contra. 241. a. tom. 4
- Senem quod facile pudore afficiatur, nemo laudauerit: nihil enim agere debet eorum propter quae pudor existere solet. 74. d. tom. 3
- Senes propter vtilitatem amant. 349. c. tom. 3
- Seniores cur amplius mente valeamus, iuniores ocyus discimus. 232. c. tom. 4
- Senum mores. 769. d. tom. 3. & seq.
- Senescentes homines cur nigriores reddantur. 257. c. tom. 4
- Senescunt tardius qui loca edita aperta que colunt, qui autem caua & palustria ocyus, cur. 137. a. tom. 4
- Sensibilia omnia corrumpuntur & in motu sunt. 294. c. tom. 4
- de Sensibilium principiis. 475. c. tom. 4. & seq.
- Sensus dextri cur nihilo sinistris praestantiores sint, cum in caeteris omnibus dextra sinistris commodiora habeamus. 239. a. tom. 4
- Sententia, *γνώμη*, quid. 105. c. to. 3
- de Sententiae dictione, quid sit, & cuius usus in orationibus. 778. d. tom. 3. & seq.
- Sententia & partes eius, in arte poetica. 21. c. tom. 4. & seq.
- Serenum cur noctu potius sit quam interdiu. 197. a. to. 4
- de Seruitute legitima. 399. c. tom. 3. de naturali. 401. b. & seq.
- Seruus quis. ibid. a
- Seruus non est otium, prouerb. 594. d. tom. 3
- de Seruis. 672. b. tom. 3. & seq.
- Serui natura quinam. 400. c. tom. 3
- Seuthes Thrax in Amadocum cur inuaserit. 541. c. tom. 3
- Sexum cur natura vnum fecerit robustiorem, imbecillio-rem alterum. 671. d. tom. 3
- de Signis apud Rhetores. 704. d. tom. 3
- Significare non vnum, nihil est significare. 306. c. to. 4
- Similem semper ad similem, prouerbium. 132. c. to. 3
- Similia cur similibus, cognata cognatis gaudeant. 110. d. tom. 4
- Similia quot modis dicantur. 319. d. tom. 4
- de Similiter cadente, apud rhet. 867. b. tom. 3
- Simonidis dictum de sapientibus & diuitibus. 772. c. tom. 3
- Singultus cur sternutamento sedari queat, ructus nequeat. 246. a. tom. 4. cur finitur & retentione spiritus, & aceto. ibid.
- Societas in omnes vitae dies constituta, naturae conueniens & consentanea domus est. 395. c. tom. 3
- Societas non nisi ex diuersis & dissimilibus atque inaequalibus constare potest, quos tamen oportet exquiri. 84. c. tom. 3
- Societatem contrahere cum aliis qui non potest, aut qui non eger communicatione, nulla pars ciuitatis est, sed aut fera aut Deus. 397. b. tom. 3
- in Societate & communione posita est amicitia. 142. c. tom. 3
- Socrates quam recte dixerit, Neminem qui bene de rebus existimaret, quicquam aliud quam quod sit optimum agere: sed si agat, propter inscientiam agere. 112. a. tom. 3
- Socrates melius quidem quam Pythagoras, & copiosius de virtutibus disseruit: sed ne ipse quidem recte: quoniam virtutes scientias efficiebat, quod fieri nullo modo potest. 192. b. tom. 3
- Socrates non recte dixit, in nobis non esse probos vel malos esse. 202. c. tom. 3
- Socrates ex quot & qualibus generibus hominum maximè necessariis ciuitatem constare dixerit. 490. d. tom. 3
- Socratica argumentatio de continenti & incontinenti. 205. c. tom. 3
- Sodalibus & fratribus inter ipsos orationis libertas, omniumque rerum communitas dari debet. 154. b. tom. 3
- Sodalitiorum ordinatio vnde primum nata. 584. a. tom. 2
- cur Sol & Luna plana esse videntur, cum tamen conglobari in sphaeram certum sit. 143. a. tom. 4. cur sol oriens atque occidens umbras efficit longas: efferens se, minores: obrinens caeli medium, minimas. ibid. a. b
- Sole deficiente cur si quis per cribrum aut frondes veluti platani, vel alicuius ex caeteris latifoliis, aut digitis manuum inuicem perplexis inspiciat, splendorum specie Lunae nondum completae incernat. ibidem. c.
- cur sol nunquam caelo in medio geminatur, nec supra se faciem illam ostendit secundam, sed ex lateribus tantum. ibid. cur solis umbrae extremum tremere videatur. 144. c. to. 4
- in Sole cum stamus cur amplius tecalescimus quam cum mouemur. 86. b. tom. 4
- Solis calor cur summum adurere potest, ignis non potest. 256. b. tom. 4
- quum Sol eodem cum vigore feratur, cur non pari tempore idem incrementum decrementumque ym-

# Index

- brarum exultet. 140. d. tom. 4
- cur Sol per quadrilatera profluens non rectis lineis figuram describit, sed circulum format, vt in cratibus patet. ibid. d
- Solertia quid. 108. d. tom. 3
- Solon beatos non malè pronuntiabat eos, qui mediocriter bonis externis instructi sunt, & qui res quàm potuerunt honestissimè gesserunt, temperanterque vixerunt. 185. a. tom. 3
- Solstitium post vtrumlibet cur per centum dierum spatium mori maximè accidat. 41. d. tom. 4
- Somnus animi est cessatio vacatiõve ab opere, quã is bonus dicitur & malus. 19. d. tom. 3
- in Somno bonus ab improbo minimè discernitur. ibidem.
- Somnus cur magis accedat cum parte corporis dextra cubamus. 39. a. tom. 4
- Somnolentiores in locis palustribus fieri solemus, cur. 136. c. tom. 4
- ad Soni vocis que rationem pertinentia problemata. 115. a. b. tom. 4. & seq.
- Sophista, rerum publ. administrandarum scientiam docere ac tradere se profitentur, tamen nec quid ea sit, neque quibus in rebus versetur, sciunt. 187. d. tom. 3
- Sophocles poeta quid primus adinuenerit. 5. c. tom. 4
- Spadones cur calui effici nequeant. 112. e. tom. 4
- Spadones cur vel omnino varicidus vacant, vel minus habent quam ceteri. 107. b. tom. 4. cur spadonibus cetera in sexum fœmineam vitiata mutantur, magnitudine tantummodo ad sexum virilem commutantur. ibid. a. cur spadones cruribus putridis vlcerosisque sunt. 108. a. tom. 4
- Species quid. 359. d. tom. 4
- Specie diuersum esse, quid sit: & cur alia specie differat, alia non. 411. a. tom. 4
- Speciei quanam sint partes, quæ verò non. 367. a. tom. 4
- Specie diuersa, in eodem sint genere necesse esse. 410. d. tom. 4
- Specie diuersorum quomodo vna sit scientia. 455. a. tom. 4
- Speculatiuæ finis, veritas. 98. d. tom. 3
- Speculatiui sapientiores sunt factiui. 261. c. tom. 4
- de Spinis. 516. a. tom. 4
- Spiratio commoda cur colorem parit amœniorem. 257. a. tom. 4
- Spirare cur necesse habeamus. 331. a. tom. 4
- Spiritus cut sole se attollente, & sternuntur & augentur. 208. d. tom. 4
- Spiritus vtrum fonte quodam emergat quemadmodum aqua, supra quem fontem efferi nequeat, an non: & vtrum vno ex puncto, an ex loco profluat ampliori. 208. e. tom. 4
- Spontaneum & delectus quid differant. 208. c. tom. 3
- Sponte & ex consilio facta, quid differant. 27. e. tom. 3
- Sponte fieri vt quis virtutem vel vitium sequatur. 203. c. tom. 3
- Sponte factum quid. 37. c. tom. 3
- Stabelbij stratagema œconomicum. 696. b. tom. 3
- Stellæ cum profiliunt, cur venti iudicium datur. 205. tom. 4
- Stentoreus præco. 575. e. tom. 3
- Sternuere cur bis magna ex parte solemus, non semel aut sæpius. 245. d. tom. 4
- Sternutamentum cur pro numine habetur, non tussis, neque grauedo. ibid. d. cur vix dormientibus, sed vigilantibus fiat. 248. b. tom. 4
- Sternutamenta ea quæ de medio noctis ad meridiem vsque moueantur, cur damnemus: quæ de meridie ad noctis medium, approbemus. 247. d. tom. 4
- Sternutate homo in animantium genere maxime solet, cur. ibid. b
- Sternutare cur magis consueuerint qui solem aspexerint. 245. d. tom. 4. cur vbi sternutauimus, inhorrescere solemus. 248. e. tom. 4
- Sternutaturus quis cur si oculum perfricauerit, minus sternutet. 245. d. tom. 4. & seq.
- ad Stirpes & oleracea, pertinentia problemata. 165. e. tom. 4
- Stirpium alia cur ad semen vsque viuere tantummodo possint, deinde cum semen tulerunt, exarescant: alia non, sed fructificare sæpius solita sunt. ibid.
- Stomachatio seu *vérons* quid, & vnde nascatur. 763. b. tom. 3. & seq.
- cur Strangulemur, grandiori buccella deuorata, cum alius locus sit quã cibus potusque transeunt, alius quã spiramus? 251. a. tom. 4. & seq.
- in Studiis iis quæ aliqui sibi delegerint, quanquam interdum prauis, cur libentiùs tamen quàm in honestioribus versentur. 153. a. tom. 4
- Stultus qui natos occiso patre relinquit, prouerb. 742. b. tom. 3
- Suadendi species. 875. c. tom. 3
- Subiectum est de quo cetera dicuntur, ipsum verò non de alio. 353. b. tom. 4
- Substantia quor modis dicatur. 329. a. tom. 4
- Substantia quid sit. 353. b. tom. 4
- Substantia, ens est ratione, & cognitione, & tempore, & natura, omnium primum. 351. c. tom. 4
- de Substantia sensibilibus, quæ est vt actus. 378. d. tom. 4
- de Substantia dubitationes. 352. e. tom. 4
- de Substantia prima & causa prima, quam etiam Deum interdum vocat. 466. d. tom. 4. & seq.
- Substantiarum sensibilibus singularium neque definitionem esse posse, neque demonstrationem. 374. d. tom. 4
- Substantiam ex substantiis nullam esse. 375. c. tom. 4
- Succorum differentia in plantis. 300. d. tom. 4
- Sudor omnis excrementi cuiusdem secretio est. 56. b. tom. 4. frigidus sudor excrementi multi iudicium. ibidem.
- Sudor cur falsus sit. 49. c. tom. 4. cur magis parte superiore corporis quàm inferiore sudemus. ibid. e. quam ob causam sudor maximè oriatur cum manus exercitamus, modò cetera corporis partes positum suum seruent. ibid. e. cur sudor capitis aut nullum reddat malum odorem, aut minus quàm reliqui corporis. 50. a. tom. 4. cur qui se lucta exercent, si interposita aliquantisper quiete luctentur, magis sudabunt quàm si continuè. ibid. b. cur magis sudamus cum non longo interposito tempore sudor euocatur. ibid. quare quum sol nuda magis, quàm induta calefaciat corpora, induta magis sudare soleant. ib. c. cur facies maximè sudet. ibid. cur igne neque vniuerso, neque per diminutionem oblato, sed per incrementa continua sudamus. ibid. d. cur detergenti magis profluit sudor, quàm residere sinenti. ibid. e. qua de causa ruta & nonnulla pigmenta sudores fœtidios moueant. 51. a. tom. 4. cur tergo magis quàm superiore parte sudemus. ibidem. c. cur ea parte qua iacemus, sudare nequeamus. ibid. d. quare qui dormiunt, magis sudant. ibid. e. qua de causa qui sudant, si vel aqua vel flatu refrigerant, nauscant, ibid. cur in capite, pedibusque incalcentibus sudores maximè excitantur. 52. b. tom. 4. quare qui laborant, vbi à labore destiterint, sudare incipiunt. ibid. c. vtrum per æstatem potius an per hyemem sudor mouendus sit. ibid. d. quare quum corpus assiduè fluat, effluxusque ipse de excrementis proueniat, corpus leuari non possit, nisi sudauerit. ibid. e. cur minus inter laborandum sudemus, quam cum relaxati labore quiescimus. 53. b. tom. 4.

# Rerum & Verborum.

tom. 4. quomobrem non in currendo, agitandoque corpus, sed posteaquam cessatum est, plus sudoris euadat. *ibid. c.* cur si quis cum biberit, cibum sumat, minus sudet. *ibid. e.* cur trepidantes, pedibus sudemus non facie. *ibid. e.* & 55. b. tom. 4. cur iidem facie non sudant, sed erubescunt. 54. b. tom. 4. cur in caldariis tum magis sudamus cum tempus frigidum est. *ibid. d.* cur sudor utilior est, qui corpore nudo currenti prodierit, etiam si minor sit, quam qui sub veste se prompserit. *ibid.* quam ob causam cum sudor calore vel interno, vel externo fieri soleat, euenit vt horror nonnullis sudoribus possit excitari. 6. b. tom. 4. cur minus ad ignem multum sudamus, cum tamen præ calore sudor omnis moueri soleat. *ibid. d.* quam ob causam cum motus acuti magis, hebetes minus calefacere posse videantur, ingressus tamen per accliuia, qui hebetiores sunt, magis mouent sudorem, prosistuntque spiritum, quasi amplius calefaciant, quam decliues. *ibid. e.* cur sudores qui corpori bene valenti sponte prouenerint, iis deteriores habentur, quos labores citant. 57. d. tom. 4.  
 Sudor cur proueniat neque intento, neque contento spiritu, sed potius relaxato. 49. b. tom. 4. Cur non sudent membra aquæ calidæ immersa. *ibid. d.*  
 Suffimenta omnia cur minus è propinquo sentire possimus. 130. c. to. 4.  
 Superbus quis. 63. c. tom. 3.  
 Surdi omnes cur vocem reddere per nares assolent. 115. c. & 248. a. tom. 4.  
 Surditas detrimentum pulmonis est. *ibid.*  
 Sues cur hybernum pilum amittere non solent, cum ceteræ quadrupedes soleant. 103. b. tom. 4.  
 Sybariticum scelus. 510. c. tom. 3.  
 Syracusis mutata est resp. ex duobus iuuenibus magistratibus gerentibus, cum inter eos de re amatoria dissensio orta esset. 521. c. tom. 3.

## T.

**T** Abani vnde nascantur. 311. c. tom. 2.  
 Tactus sensus primus. 497. e. tom. 2.  
 Tactus è sensibus homini exquisitissimus, deinde gustus, reliquis superatur à multis. 207. d. e. to. 2.  
 de Tactu rerum naturalium. 713. b. tom. 1.  
 Tactus & gustus necessarij sunt animalibus; ac ceteri sensus, boni sunt gratia. 58. c. tom. 2.  
 Tactus ex sensibus primò cunctis animalibus inest. 21. d. tom. 2.  
 Tactus vbi consistat. 197. d. tom. 2.  
 Tactus sine ceteris sensibus esse queat, ac ceterorum nullus absque tactu. 24. c. tom. 2.  
 Talpa oculis caret, modo tamen quodam oculos habet. 202. b. tom. 2.  
 de Talpis quiddam admirandum. 406. a. tom. 2.  
 à Tali magis, seu ab eo quod magis tale est, locus inter problem. de definitione. 366. a. to. 1.  
 Talus quem usum præstet. 564. e. tom. 2.  
 Talorum situs. 216. e. tom. 2.  
 Tanais fluuius ab Araxe amne in lacum Mæotim corriuat. 768. c. tom. 1.  
 Tangerè quæ dicantur. 533. c. to. 2.  
 Tangibiles contrarietates quæ. 727. b. tom. 2.  
 de Tangibili & tactu, 37. d. to. 2.  
 Taprobane insula. 850. d. tom. 2.  
 de Tarando bestia mirabile quid. 717. d. tom. 2.  
 Tardæ quor diebus incubent. 330. d. to. 2.  
 Tarditas & celeritas non sunt species, sed differentie motus. 537. d. to. 1.  
 Tarditatis motus causa, figura est. 695. c. tom. 1. & sequent.  
 Tartarus quid fuerit Socrati. 776. c. tom. 1.

Tartessus fluuius. 768. c. tom. 1.  
 Taurire de vaccis dicitur, vt equire de equabus, & subare de subis. 346. a. tom. 2.  
 Taurus Tempore coitus tantum cum fœminis pascitur, ceterosque oppugnat mares: temporibus ceteris inter mares conuersatur. *ibid. c.*  
 de Taurorum libidine. *ibid.*  
 Tauri cur animosi & furibundi. 492. a. to. 2.  
 Taurum aliquando excisum, initu protinus acto, progenerasse traditum est. 237. c. tom. 2.  
 Teda & quoduis pingue calidum dicitur, eo quod celeriter in actum ignis mutari potest. 499. a. tom. 2.  
 Tempus rudissimum esse Pythagoricus Paro dixit, quod in ipso obliuiscantur homines. 524. d. tom. 1.  
 Tempus sapientissimum cur dixerint quidam. *ibid.*  
 Tempus nullum extra cælum. 631. a. to. 1.  
 Tempus, quantitas continua. 28. a. to. 1.  
 de Tempore pertractatio. 544. a. tom. 1. & seq.  
 in Tempore omnia fiunt & corrumpuntur. 525. a. tom. 1.  
 à Tempore iocus accidentis. 355. d. to. 1.  
 à Tempore, locus inter problemata de definitione. *ibid.*  
 à Tempore toto, locus problematum de comparatione, 294. d. tom. 1.  
 à Tempore locus refutationis inter problemata de proprio. 329. d. to. 1.  
 Tempora hominum & partes primores quam posteriores, celerius canitiem sentiunt. 251. c. to. 2.  
 Tempora capitis inter vtrumlibet oculum & aurem & verticem posita sunt. 203. d. e. tom. 2.  
 Tenacia quæ. 838. b. tom. 1.  
 Tenebræ quid sint. 29. d. tom. 2.  
 Tenue quid. 727. c. tom. 2.  
 de Teredinum genere. 449. b. tom. 1.  
 Terminus (apud Dialecticos) quid. 74. c. tom. 1.  
 de Terminorum quãtitate spectanda in syllogismis. 129. e. tom. 1. & seq. de terminis rectè exponendis. *ibid. d.* & 130. & seq.  
 de Terminorum numero in syllogismis. 115. e. d. tom. 1.  
 Terra quasi mater, cælum & sol quasi genitor & pater. 579. b. tom. 2.  
 Terra quomodo ex aqua fiat. 730. e. tom. 1.  
 Terra dum quatitur, a quæ modo subuerti solet. 802. c. tom. 1.  
 Terra deorsum, ignis sursum, similes ad angulos fertur. 692. e. tom. 1.  
 Terra leuitate caret, & absolutè grauis est, ac proinde non nisi deorsum natura sua ferri potest. *ibid. d.* & seq.  
 Terra cur insit omnibus corporibus mixtis. 741. d. tom. 1.  
 Terra, medium mundi situm immotum stabilemque sortita est, animantium omnisariam distinctarum sedes & parens. 846. e. tom. 1.  
 Terra sola in aliud corpus indiuisibilis est. 682. a. tom. 1.  
 Terra & aqua corporum materies existunt: propterea in his solis sunt animantes. 828. d. tom. 1.  
 Terram non esse magnæ molis vnde cognoscatur. 666. d. tom. 1.  
 Terram in medio sitam esse, & non moueri circum polum in circulum, sed quiescere: item figuram eius sphericam & rotundam esse. 663. e. tom. 1. & seq.  
 Terræ magnitudinem qui metiri conati sunt, quadringentis eam cingi stadiorum millibus dicunt. 667. b. tom. 1.  
 Terræ latitudo, quæ continens est, amplissima, paulò minus quadraginta millia stadiorum patet, vt quidem perhibent auctores rectæ & exquisitæ geometriæ: longitudo verò ad septuaginta millia. 850. d. tom. 1.  
 terræ diuisio. *ibid.*

# Index

- de Terræ positione & situ, item moueaturne an quiescat, & de figura eius veterum opiniones. 657. c. tom. 1
- Terræ moles atque magnitudo ad totum cœlum nihil existit. 772. d. to. 1
- Terræmotus quibus in locis vehementissimi fieri solent. 798. e. tom. 1
- Terræmotus alius est veluti tremor, alius veluti pulsus. 799. b
- Terræmotus causæ & accidentia. 797. d. tom. 2. & seq.
- Terrena quænam ex similaribus existant. 841. c. to. 1
- Terrena, seu terræ plus communicantia quàm alius elementi. 832. e. tom. 1
- Terrestrium animalium nulla statu immutabili viuunt. 193. d. tom. 2
- Terrestrium animantium differentia & diuisio in genera & species. ibid. & seq.
- Testa insectorum animalium enumeratio & differentia. 269. d. tom. 1. & seq.
- Testacea animalia vnde maiori ex parte generentur. 302. c. tom. 2. & seq.
- Testacea quando optima in cibum. 410. d. tom. 2
- Testaceorum sensus. 280. c. tom. 2
- Testata carent intestinis. 544. c. tom. 2. & seq.
- Testatorum partes exteriores. 547. b. tom. 2
- Testatis quæ tempora insalubria. ibid. b. quare plenilunio testata pleniora. ibid. c
- Testium, seu genitalium membrorum, situs, forma & differentia pro varietate animantium. 235. c. tom. 2. & seq.
- Testium situs. 212. b. tom. 2
- Testium ratione vt differant inter se animalia. 218. a. b. tom. 2
- Testes nulli sunt piscibus. 226. d. tom. 2
- Testes vbi collocati. 205. c. tom. 2
- Testes cur animalium alia extra habeant, alia intus: vteros verò intus solum. 586. a. to. 2. & seq.
- Testibus omnia carent, quibus pedes desunt. 575. b. tom. 2
- Testes auium coitus tempore grandiores efficiuntur. 333. a. tom. 2
- Testiculos cur animalibus natura indidit, & quæ animalia citius, & quæ tardiùs coeant: & quòd taurus, cum statim à castratione iniisset, impleuerit. 581. a. tom. 2. & seq.
- Testudo quomodo coeat. 290. e. tom. 2
- Testudo cum viperam ederit, mox cunilam edit. 417. a. tom. 2
- Testudinis lutariae viuendi ratio qualis. 377. e. tom. 2
- Testudo vbi habeat testes. 235. e. tom. 2
- Testudinis marinae viuendi ratio, qualis. 377. e. tom. 2
- Testudines marinae os omnium robustissimum habent: quicquid namque in os ceperint, siue lapidem, siue quoduis aliud, perfringunt, ac deuorant. 380. a. tom. 2
- Testudinis oua. 321. d. tom. 2
- Testudini soli in corticato genere vesicam natura dedit. 530. b. tom. 2
- Tetricis auis nidus. 323. b. tom. 2
- Thales, Deorum omnia esse plena putabat. 17. b. tom. 2
- Thesis seu positio (in demonstratione) quid. 189. a. tom. 1
- Thesis, in Topicis, quid. 266. a. to. 2
- Thesis & problema quid inter se differant. ibid. c. & seq.
- Thorax ea corporis pars est, quæ à collo ad pudenda vsque trunca pertendit. 201. a. tom. 2
- Thos, interna omnia lupi familia habet. 232. b. to. 2
- Thoes, seu lupi ceruarij, quibus motibus præditi, quòtque eorum genera. 450. c. tom. 2
- Thrascias ventus inter Gorum & Septentrionem spirat. 794. c. tom. 1
- Thrascias, vide & in voce Septentrio.
- Thrascias quando spirat. ibid. d
- Thunus post Arcturum melior est: iam enim eo tempore ab infestantis a fili agitatione requiescit, quæ facit vt sit in æstate deterior. 392. b. tom. 2
- Thunni omnium maximè piscium gaudent tempore: & ob eam rem arenam & litora adeunt: per summa etiam maris innatant, quò teporis potiantur. 399. d. tom. 2
- Thunnæ partus. 295. d. tom. 2. 296. tom. 2
- Thunnus senex captus est, cuius pondus erat ad talenta quindecim, & caudæ interuallum ad cubita quinque & palmum. 409. a. tom. 2
- Thunnorum innumerabilis copia vbi. 735. d. to. 2
- Thunni latitatio. 296. a. tom. 2
- Thunni vbi pariant. ibid. c
- Thunni gregatim degunt. ibid. d
- Thunni præ nimia pinguedine dehiscunt, nec plus quàm biennio possunt viuere. 343. e. tom. 2
- Thunni victus. 380. b. tom. 2
- Thunni quando coeant & pariant. 344. a. tom. 2
- Thus quomodo existat. 841. b. to. 1
- Thyella flatus est præualens qui repente profilit. 853. c. tom. 2
- Tibia quid. 206. e. tom. 2
- Tillonis piscis morbus. 400. b. c. tom. 2
- Timæus quo modo animam corpus mouere dicat. 8. b. tom. 2
- Timidi signa. 745. a. tom. 2
- Timidiora animalia quæ sint. 491. d. e. to. 2
- de Tinearum genere, quod in lanis procreatur. 320. e. tom. 2
- Tipha curantur sues à grandinibus. 402. a. b. to. 2
- Tipolæ vbi orientur. 311. a. tom. 2
- Tirisionis partus. 336. c. tom. 2
- Tonitru quid. 853. d. tom. 1
- de Tonitru & fulgure. 804. a. tom. 1
- Tonitru causa. ibid. d. e
- Tonitru sonus lapides & robustissima corpora scindit. 653. d. tom. 1
- Tonsillæ quid dicantur. 204. b. tom. 2
- Topicæ tractationis propositum atque institutum. 256. a. tom. 1
- Tordulorum gentis homines septenis costis ferunt creari. 206. a. tom. 2
- Torpedo quomodo pariat, 335. a. tom. 2. quando. ibid. d.
- Torpedinis piscis ingenium atque astutia. 434. b. c. tom. 2
- Torpedinum fœtura. 33. 52. tom. 2. torpedo grandis visa est, quæ fœtus intra se circiter octoginta haberet. ibid.
- Torres & capræ qua de causa in summo aère appareant. 751. d. tom. 1
- Totum & perfectum, aut idem penitus sunt, aut naturam finitimam habent. 493. a. tom. 1
- à Toto, locus problematum de genere. 317. a. b. c. d. to. 1. & seq.
- Tractilia quæ. 837. a. b. tom. 1
- Tractus quid. 567. c. tom. 1
- Tranquillitas venti quas ob causas prouenire soleat. 790. b. c. tom. 1
- à Transcendente, locus inter problemata de genere. 317. a. tom. 1
- Transmutatio celeris eorum est quæ symbolum inter se habent. 448. c. d. tom. 1
- à Transsumptione, locus inter problemata de genere. 317. c. tom. 1
- Tristifica & iocunda ferè omnia cum frigiditate & caliditate sunt. 119. b. to. 2
- Tringa auis quibus locis degat. 384. b. tom. 2
- Trinitate, seu ternario numero, omnia definita sunt. 610. b. tom. 1
- Trochilus vbi degat. 422. c. tom. 2. vocatur & senator & rex:

# Rerum & Verborum.

- rex: ob quam rem aquilam pugnare cum eo referunt. *ibid.*  
 Trochilus quibus locis degat. 384. b. c. tom. 2  
 Trochilus amicus trocodilo, cur. 416. d. tom. 2  
 Trochum non habere duplex genitale, nec seipsum inire. 655. a. b. tom. 2  
 Troglodytæ qui dicantur. 390. c. tom. 2  
 Tubera testaceorum species. 270. a. tom. 2  
 Tubo flatus quis. 853. c. d. tom. 1  
 Turdus piscis ex quo genere sit. 392. a. tom. 2  
 de Turdorum tribus generibus. 426. e. tom. 2  
 Turdi pisces vèrè nigrescunt, post vèr albedinem suam recipiunt. 419. b. tom. 2  
 Turdi nidus. 323. c. tom. 2  
 Turtur & luteus pugnant. 411. d. tom. 2  
 Turtur quot oua pariat. 329. b. tom. 2  
 Turtur minima speciei columbacei gen. 298. c. tom. 2  
 Turtur æstate tantum visitur, hyeme se condit & latitat. 384. a. tom. 2  
 Turturis victus. 383. e. tom. 2  
 Turturum vitæ longitudo. 418. e. tom. 2  
 Turtur cum ignaria cur pugnat. 411. c. d. tom. 2  
 Turturis partus. 323. c. tom. 2  
 Turtu res æstate degunt locis frigidis, hyeme tepidis. 419. a. tom. 2  
 Turtures & palumbes migrant, nec manere apud nos patiuntur. 390. d. tom. 2  
 Typhon quid; vnde generetur, & quid differat ab ecnephia. 806. d. e. tom. 1. & seq.  
 Tyrrenum atque Sardoum, maria omnium altissima. 776. a. tom. 1  
 Tactus quid à connascentia differat. 323. a. tom. 4  
 ad Tactum pertinentia problemata. 252. a. tom. 4. & seq.  
 cur cum alius modo quodam nostangit, magis inhorrescere solemus, quam cum nos ipsi tangimus. *ibid.*  
 Talionis vtrum simpliciter ius sit, vt Pythagoricis visum est. 83. c. tom. 3  
 Tarenti democratia ex politia quam ob causam facta. 519. d. tom. 3  
 Tarentini duo magistratum genera fecerunt, vt alij suffragio seu electione, alij sortitione mandentur. 562. b. tom. 3  
 Tecmerium, quid apud Rhet. 704. a. 794. a. tom. 3  
 Temperantia quid. 51. a. b. tom. 3  
 Temperantiæ non stupor ille qui est ab omni sensu voluptatis alienus, contrarius est, sed intemperantia est contraria. 201. e. tom. 3  
 Temperata corpora & quæ modicè constant, cur in morbum sæpius incidant, & facilius curantur. 83. a. tom. 4  
 Temperamentum omne, calidi & frigidi est: quippe cum ex his duobus natura & seruetur & constet. 229. d. tom. 4  
 Temperies non solum corpori, verum etiam intelligentiæ hominis prodest, excessus contra. 136. c. tom. 4  
 Terminus quot modis dicatur. 338. b. tom. 4  
 Terpander musicus. 159. c. tom. 4  
 Terribile & miserabile, ad Tragædiam quomodo parentur. 15. b. tom. 4  
 de Testimonio & testibus. 356. e. tom. 3  
 Thales aquam constituit rerum omnium principium. 265. b. tom. 4  
 Thalesterram super aquam asserebat esse. *ibid.*  
 Thaletis Milesij inuentum acutum ad pecuniam parandam. 411. b. tom. 3  
 Thapsia & cyathus, quæ contraria planè sunt, hic enim est frigidus, illa verò calida; cur pariter vibices possint discutere, hic principid, illa pòst. 98. b. tom. 4  
 Thebanorum democratia cur deleta. 519. c. tom. 3  
 Thebis lex erat, ne qui non decem annos perpetuos sine vlla intermissione mercaturam in foro & taberna facere desisset, magistratum capere posset. 459. a. tom. 3  
 Theodorus tragædus cur nullum vnquam histrionem ante se in scenam prodire patiebatur. 600. c. to. 3  
 Theognidis gnome. 186. a. b. tom. 3  
 Thessalorum seruitium sæpe in ipsos irruit atque inuasit. 450. e. tom. 3  
 Thracum vna quædam gens ad quatuor numerandi seriem terminat, eo quod amplius meminisse, modo puerorum, non potest, neque vsum habet rerum multarum. 140. b. tom. 4  
 Thuriarum politia qua ratione fuerit mutata. 530. c. tom. 3  
 Thymum cur in terra Attica acerrimum est, cum ceteri fructus dulcissimi sint. 169. b. tom. 4  
 de Tibia, instrumento musico. 610. e. tom. 3. & se.  
 Tibiam cur adhibere soleamus tam in laborando, quam in fruendo solatio. 154. c. tom. 4  
 Timidus quis. 47. a. tom. 3  
 Timidi cur sint qui loca feruida incolunt, fortes qui gelida. 157. b. tom. 4  
 Timophanes, qua ratione factus sit Cbrinthy tyrannus. d. e. tom. 3  
 cur Titillamur in alis & pedum vestigiis. 252. b. tom. 4.  
 cur nemo seipsum valeat, titillare, *ibid.* b. cur labris maximè titillamur. 253. a. b.  
 Torporis causa. 89. b. tom. 4  
